











24.

ΕΙΝΟΔΙΑ

AMICORVM AD HVMANISSIMVM VIRVM, VIRTVTE AC ERVDITIONE praestantem M. Desiderium Fossium Danum, cùm Viteberga peregrinandi gratia discederet.



Vitebergæ excudebat Iohannes Crato.

ANNO M.D.LXVIII.


BIBLIOTHECA REGIA
HAFNIENSIS

ΕΙΝΟΔΙΟΝ IN DISCESSVM HVMANISSIMI VIRI, DOCTRINA AC VIRTVTE EXIMIA PRÆSTANTIS M. Desiderij Fossij, Dani: cum ad 9. Calend. Apríleis Anno 1568. itinere Italico Romam versus suscepto, in Daniam tandem reuerteretur, τῷ συνδόρπῳ φιλίας χάριν τῆς ἀειμνήστου,

Scriptum à M. Georgio Lessero Olsnicensi Narisco.

Ἦυτε μυρομένη, ὅτε δένδρεα φύλλα καὶ ὄζους
οὔρεσιν ἐν μακροῖσι χέει ἢ καὶ ἄλσεσιν ἄκροις
ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ, ἐλεόντι λέλακεν ἀηδὼν,
ἤ τις ἀηδὸς ἐοῦσα τὰ νήπια τέκνα δίδαξεν
εὖ καὶ ἐπισταμένως ἡδύθροα φθέγματα κινεῖν,
πρῶϊ ἅμ' ἠελίῳ ἀναδυντ' ἐς δείελον ὥραν.
εὔθροον εἰ τέκνον τι ἀπόπροθι μητέρος ἐσθλῆς
ἐς πεδίον πέταται, ἄλις ἔνθα καὶ ἔνθα θυέλλαις
ἶφι πνοῶν, ἑτέρωθεν ἠϊχθὲν ὀρινομενάων.
ὡς νῦν ἠγαθέων μουσάων ἱερὸς ὁ ἑσμὸς,
λευκοειδῶν χορὸς, ὑμμεδαπεῖς καὶ ἀολλέες, ἐσθλοὶ,
καὶ φιλόμουσων ὅσοι πτολίεθρον ἔχουσιν ἑταῖροι
ἄθροοι, οἰχομένοιο σέθεν κ' ἀπιόντος ἐς αἶαν
Ἑσπερίαν, Δάωντε, κέαρ δὲ τὲ θυμὸν ἀχεῦντες,
σύγγ' ὀλοφύρονται, στοναχοὺς ἀπὸ κηρὸς ἱέντες,
τῶν διὰ μνημοσύνης καὶ Ζηνὸς ἐπουρανίοιο
τέκνων, παντοίαις δεδαϊγμεν' ἐν ἰδμοσύνῃσιν
φίλτατε τῶν ἑτάρων, καὶ συνδόρπων, ἀγαπητὲ
Φώστε, σοὺ Μοῦσαι μὲν ἐμοὶ σεμναί τε καὶ ἐσθλαὶ
λευκοειδῶν πτολιέθρῳ ἐνὶ τρίψαντι βραχέωσπερ
ποίησιν, τὲ συνέστησαν, πρὸς ἄλεκτα βεβαίους
ἤματα, κἂν πόῤῥω κρατερὴ ἐπικείσετ' ἀνάγκη
νοσφίζεσθαι, ἢ οἴχεσθαι ποτὶ ἠθάδα γαῖαν.
ὤφελον οὖν γὰρ ἐμοί ἑκάεργος ὁ φοῖβος ἀπάρξῃ,

δέξιος εἴη, ἔπεστιν ὅπως ἂν καὶ ὄρνιθας ἐσθλὰς
σοὶ φίλ' ἑταῖρε τυχῶ, μάλα πολλὰ λόγοισι δεοίμην
ὑψόθι ἐν νεφέεσσι θεοὺς ἄπο ναιετάοντας.
ἀλλὰ Θεαὶ ὑμεῖς Διὸς οὐρανίοιο σεβασταὶ,
καὶ σεμναὶ παίδες κορυφὴν Ἑλικῶνος ἔχουσαι,
ὑμμέας, οἶδα, περὶ σφετέρου θεράποντος ἀλείκτως
χεῖρας ἀνάσχοντας πρὸς ὑπέρτατα δώματα Ζηνὸς,
νόστιμον ἱμερτήν τε φίλην τ' ἐς πατρίδα γαῖαν,
Ἑσπερίας διὰ τῆς τηλέκλυτα ἄστε' ἀγαυῆς,
ἐς τὸ μενεπτολέμων Δάων ἔδος ἀσιφέλικτον
ὅπλαν ἀποίχεσθαι, διά τ' οὔρεα μακρὰ, τε βῆσσας.
καὶ διά τ' ἀτρυγέτου ἁλὸς εὐρέα νῶτα, μενοινᾷ·
πάμπαν ἐπεύξεσθ' εἰνόδιον καὶ ἄσεμνον ἦρον,
καί περ ἐγὼ γλώσσῃ ἀδήμονι τοῦτο θελήσω.
αὐτὸς δὲ ὅτε φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν ἱκάνοι,
ἡ νεότητα διδασκέμεναι ἐπιδέξια μέλλει,
ὅσσα μάθεν παρὰ Ῥητήρων συνετῶν τε σοφῶν τε:
οὔρεος Ἀονίοιο δὲ τήν γ' ἱκανὸν διὰ ἱδρῶ
ἄσσον ἰμεν δέξαι, καὶ εὐρραθάμιγγος ἀλείσου
κασταλίας πήγης γεύσαι, πολέας τε φυτεύσαι
ἠώνους, πρὸς ἀγαστά τε σιγαλόεντα Θεοῖο
παγγενέταο μέλαθρα, οὗ υἱὸς ὀβριμοπάτρου.
τῶς ὑμέων ἐσαεὶ πρὸς ἀγάννιφον οὐρανον ἵξει
κῦδος καὶ μέγα εὖχος; ἢ ἡ θεοδέγμονα λάον
πισοσύνην μέλλει βίστον περὶ πάντα μαθῆσαι,
πρὸς τὰ ἔεθλα θεοῦ ὑψίθρονα, ὥσκε ἀολλεῖς
ἤματι τῷ λοισθῷ ἔλθωσι σαώτεροι ἄνδρες.
τῷ φρεσὶν ἡμετέραις πεφιλημένε ἔξοχα ἄλλων
φῶστε τῶν ἑτάρων, ὅππῃ Θεὸς ἢ τὲ σὲ μοῦσαι
προσκαλέωσιν, ἕκοντι τάχ' ἔρχεο, ἦμαρ ἐφ' ἦμαρ
ἵλαος εὔσπλαγχνός τε θεός, τε καὶ υἱὸς ἀμήτωρ,
ἄχρονος, αὐτόφυτος, νοεροῖο σὺν ἀγαθέῳ τε
πνεύματι,

πνεύματι, πύργος εἴη σέθ' ὑπαὶ πτερύγεσσι καλύψας
σ' ἀμβροσίῃσιν, ὅπως ἐλέους πέλῃ ὄργανον ἁγνὸν,
οὐρανίῃ βόσκῃς τε καλαύροπι μῆλα καὶ ἄρνας
ἔμφρονας, ἐργοπόνους ζαθέων λόγου ἄνθεσι βίβλων.
καὶ τέλος, ὄφρ' ἂν ἐμεῦ μνάμων ἔμμεν ἠῢ δύνηαι,
μνημόσυνον τόδε δέξο, καὶ ὕστατον οὖλε τε χαῖρε.

DE VICTORIA ET RESVRRECTIONE CHRISTI PER ΑΚΡΟΣΤΙΧΙΔΑ CARMEN,

QVOD AD EVNDEM ERVDITIONE ET VIRTVTE PRAESTANTEM VIRVM D. Magistrum Desiderium, popularem & amicum suum singularem Viteberga XIIII. Aprilis decedentem, boni ominis & sui memoriæ causa scripsit

Iacobus Mathiades Arhusiensis,
Danus.

Χ ριστὸς ἐπουράνιος βασιλεὺς θνητός τε θεός τε
Ρ ύτωρ ἀνθρώπων μερόπων λαοσσόος ἐστίν.
Ι οβόλοις οὓς τύψεν ὄφις σφετεροῖς βελέεσσιν,
Σ ύμπαντας δὲ τρῶσε καὶ εἵλκυσεν εἰς ἀΐδαο,
Τ ρομένους τε πέδῃσ' ἐνὶ δέσμασιν ἀργαλέοισιν
Ο κλάζων στιβαρῶς καὶ κάμπτων αὐχέν' ἔραζε,
Σ φιγξαμένους στερῇσι πρὸς ἤματα πάντα φυλάξων.
Ν ηλῶν τοῦ φυλακῶν ἀπολυσάμενος βαρυδέσμους,
Ι ολυπλεύ τε δράκοντα βίῃ κρατερῆφι δαμάσσων,
Κ ύδιμος ὑψιμέδων τε θεὸς κοῦρός τε θεοῖο,
Α ἶξας κόσμονδε θεηδόχου ἔκδοθεν ἕδρης,
Κ ρυπτὸς ἐσαρκώθη δυώων βροτοειδέα μορφὴν,
ΑΙ μα γένος τε λαχὼν παρ' ἀμωμήτοιο γυναικός.

Θ νῆσκε δ' ἔπειτ', ἀλλ' οὐκ ἀέκων, ὅτεν ἤλυθεν ὥρη.
Ρ ἧξε γὰρ ἀῤῥήκτοιο βίου θανάτοιο τελευτὴν,
Ι χνεα δ' εἰς ἀΐδου πείγων κρυεροῖο βέρεθρον,
Α μφαδίην ἐπέβη πολυάϊκα μῶλον ἄρηος.
Μ ἤδε τι μάψ, τὸ γὰρ αὐτίκ' ἀμαιμάκετον τέρας εἷλε
Β λήμθυον, ἡμέτερόν τε γένος πρὸς ὄλυμπον ἀνῆγεν.
ΕΥ σύδε νικητὴ ΔΗΣΙΔΕΡΙΩ ἀπιόντι
ΕΙ ῥίην αὐτῷ τε δίδου καὶ πᾶσι Δανοῖσιν.

Τέλος.

ΠΡΟΠΕΜΠΤΙΚΟΝ ALIUD EIDEM SCRIPTUM A

Iohanne Hemmingio Dano.

HUnc ô Christe mihi primum concede laborem:
Sunt Desiderio, gracilis quæ Musa sonabit,
Carmina iam dicenda: neget quis carmina amico?
Salue animo dilecte meo, mi Foßie, salue.
Quis nouus hic rumor nostras peruenit ad aures?
An'ne abitum terra hac meditaris & Albidos vrbe?
Quò properas tandem precor? an te tædia nostri
Cœperunt? cur nos, præsertim hoc tempore, linquis?
Nunc ver purpureum, & fieri nitidißimus annus
Incipit, & rursum latè loca questibus implet
Populeo insidens ramo Philomela, suosq;
Abreptos queritur pullos, quos durus arator

Detra-

Detraxit nido implumes, alisq; carentes.
Quid loquor? an mentis satis est mihi? quídue facesso
Rem tibi, & incultis tua turbo negocia dictis?
Sed te non vrbis, non te fastidia nostri
Cœperunt. Durum crudeli in pectore versat
Ille animum, iunctos sibi qui contemnit amicos.
Sed nunc communem patriam dulcesq; penates
Inuisis: cari sed amici morte coactus.
Illa virum, quo non melior, nec amantior alter
Fortè fuit patriæ, extinxit, cunctisq; dolores,
In quibus vllus erat candor doctrináve liquit.
Eia age quid gestis mors improba? quídve furendo
Omnibus insultas adeo mortalibus, vt non
Euitare queant tua virus habentia tela?
At tu pone metum, Christoq; attende iubenti
Ne curis animo frangaris, & omnia Christo
Vitam fortunasq; tuas, studijq; labores
Commendes, hic nanq; etiam de morte propinqua
Eripit orantes, & tristi sorte grauatos
Adiuuat, atq; ampla his larga dat munera dextra.
Ponere corde metum iubeo, exemplumq; tueri,
Qui circumduxit pecudes per prata, Dauidis.
Nam varijs quanquam curis mortisq; periclis
Pressus erat, Christo tamen auxiliante ferebat.
Hunc mox impositum solio, ius dicere terræ
Isaciæ & sanctam Solymorum pascere gentem

Præcepit rerum pater: hic solamen in arctis
Rebus, & accisis nouit præstare salutem.
Quid multis moror? atq; tuum lenire dolorem
Solando cupio? dictisq; auertere curas?
Quid moror? & multis properantem fallere verbis
Pergo? viam tu carpe, iubent quò numina Christi.

Intereà his quæ te teneant loca dißita terris,
Sis memor oro mei & Spazi cui Musica curæ est:
Et rude carmen habe, nostri hoc ceu pignus amoris.

Pòst tibi cùm roseo per mollia tempora serto
Circumuincta sacras VIRGO sistetur ad aras,
Felix illa dies, felix dicetur & annus,
Carmina tunc melius tibi fortè & plura canemus.

Viue, vale, Christo vadens comitante benigno,
Hic mihi principium, finisq; hic carminis esto.

Ad eundem Elegia

ΠΡΟΠΕΜΠΤΙΚΗ,

PETRI HEGELII

RIPENSIS, DANI.

H*Aud equidem inficior, cùm sint communia tecum*
Multa mihi & similis sors agat vna duos:

Quale

Quale tibi inflictum est, iam crudo in vulnere vulnus,
Me satis exemplo scire superque meo.
Vt tamen eijcias, contrà molire, dolorem,
Saltem (id si nequeas) vt moderere, vide.
Collige te, & rebus duris animosior insta,
Crede tibi in medijs numen adesse malis.
Quos amat insigniq́ue DEVS dignatur honore,
Præq́ue alijs studio quos meliore fouet:
Mirificè varia iactatos sorte gubernat,
Cùm minimeq́ue putant velle iuuare, iuuat.
Quod neque tu ignoras, & nunc & cladibus olim
Obrutus, hoc vnum quæ petiere caput.
Cui, Matrem, in cunis tantillo fata tulerunt,
Ah sæua in matrem, sæua quoque in sobolem.
Pòst tibi sectanti lusus puerilibus annis,
Maximus euertit gaudia parua dolor.
Quem decus ornârat doctrinæ atque ardua virtus,
Cuius adhuc vegeto flore senecta fuit:
Hunc tibi crudeli Genitorem intercipit ausu,
Omnia quæ in leges mors vocat atra suas.
Ex hoc visa domus retrò sublapsa referri
Vestra, atque impulsu iam ruitura leui.
Ceu quando à tuto correptam littore cimbam
Insultans crebro vortice fluctus agit:
Atque æstus inter rapidos sorbetque rotatque,
Quam saxo aut cæcis inferat vnda vadis.

Sed tandem vario accisis discrimine rebus,
Eluxit pulso blandior aura Noto.
Cùm tibi Nicoleos ab eodem FOSSIVS ortu,
Atq; Antûorscouiæ Cœnobiarcha domus:
Se patrem in rebus, mirè bonus, obtulit arctis,
Et facilis blandam contulit vnus opem.
In quem, si, meritis nulli & pietate secundum
Non iniecisset Parca seuera manus:
(Hic nam restabat vestri prope sanguinis vnus,
Nec mors quem peteret nunc super alter erat.)
Quàm tibi ferretur ventoq; æstuq; secundo,
Iret & in portum salua carina suum.
Nil tibi propositi claros abrumperet orsus,
Nec studij abijceres optima cœpta tui.
Nec sine me efferres, alieno hoc tempore solus,
Tam citò Leucorea, ceu facis, vrbe pedem.
Quæ Musis doctasq; viris profitentibus artes,
Longè Academi hortos quo superabit, habet.
Illa repurgati custos fidissima Verbi,
Altera in his ripis, Albi, SAREPTA tuis.
Et quis ab hac alios secessus quæreret? illi
Quis dubitet præsens numen inesse loco?
At tibi funereus quia præripit otia luctus,
In patriam gressus, sed neq; sponte, refers.
Ipse ego sæpe vicem afflicti miseratus amici,
Euenta ex animo metior illa meo.

Tum

Tum ſubit, vt volucri noſtra omnia concita gyro,
Momentoq; leui quàm fluibunda labent.
Ludit ita in noſtris diuina potentia rebus:
Quærit at hîc tantùm commoda noſtra DEVS.
Nam velut ipſe memor noſtri, nos curat amatq;,
Sic nos immemores non ſinit eſſe ſui.
Quosq; antè afflixit, poſita placabilis ira,
Molliter in gremio collocat inde ſuo.
Tu cùm fortunam nunc experiaris eandem,
Hæc tibi propitij collige ſigna Dei.
Nónne vides vt iam ſæuæ poſt frigora brumæ,
Quæ terram & rapidas obſtupefecit aquas.
Protinus in noſtrum cùm Phœbus ſe extulit orbem,
Cuncta animans radij vi propiore ſui:
Quàm mox in florem torpentes elicit herbas,
Arboribusq; ſuum reddit agrisq; decus.
Quid multa? arrident paßim quæ emortua dudum,
Peneq; brumali diriguere gelu.
Et quin tu ſperabis idem, tandemq; ſerenos,
Poſt illa expectes nubila ſæua dies?
Hæc animo, lætos vbi circumſpexeris agros,
Difficili tecum, fac, meditere via.
Nec nimis incumbat ſubito mens ægra dolori,
Et pietas lacrymis mandat habere modum.
I gaudens animi ſenſu meditantis honeſtum,
Et placida in ſummum mente recumbe DEVM.

Ne

Ne tibi quà noceat, precor, illætabile bellum,
Magno Europa suo quo furit ipsa malo.
Siue pedes terras procul hinc metire iacentes,
Detur inoffenso, quò cupis, ire pede.
Seu freta veliuola tentabis Baltica pinu,
Sint freta remigio Baltica fida tuo.
Intereáq; voles nostri memor esse, tuiq;
Nos erimus. Læto hinc omine vade, VALE.

FINIS.

um,
ialo.
tes,
e.
,
.
e, VALE.